quam peremptorio Stare Juri parere respondere Vadium prostactum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur Seq ac suos Succores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum tanquam peremptorium Uti et alios omnes exinde consequentes Causa eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Succorum legaore intra Vel extra Regnum servitio Militari ad munimenta ad Evictorem Vel aliis quibusvis dilonibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quetonem praeterea Ultra proximos Officii praefati Castren Capitan Premislien Terminos dilonem sibi non recipiendo, Nullasq motiones, appellones, ac earum prosequones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalibus, Juris poscone Terrestri bello conventioneq ac aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo, Nec alioquovis modo evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

14/II 1670 Feria sexta ipso die Festi Sancti Valentini Presbyteri et Martyris Anno Dni 16. septuagesimo.

63 Popielow Coniugum mutua Advitalitas. Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesent Castren Capitan Premislien Mes Alexander Popiel ab

Vaas et Maria

Rewsum.

Vra et Marianna Lubieniecka parte ab altera Coniuges legitimi et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui Vri Tutoris coniugalis personali assa et Vltroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti Vero Castren. Capitaneali Premislien. Iurisdictioni quoad Actum moderuum attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum requieunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse requit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem Vna pars alteri omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumq quarumuis pecuniarium, Nec non Auri Argenti Clenodiorum, Stanni Aeris, Cupri, Orichalci, Vniorum, Margarethorum, Vestium, Vestimentorum, Equorum, Equiream, Pecorum, Pecudum, ac totius suppellectilis domesticae in quacunq forma et Materia existentis nunc habitae et in post habendae, mutuam Aduitalitatem et Vsumfructum ad extrema duntaxat Vitae suae tempora, tantummodo et non Vltra dederunt, concesserunt, et inscripserunt assignaueruntq Prout dant conceduut inscribunt, et assignant praesentibus tali Vidlt modo quod si prius praefatum Nlem Alexandrum Popiel Maritum quam Nlam Mariannam Lubieniecka Coniugem suam de hac luce decedere contigerit, extunc praefata Nlis Coniunx bona supscripta generaliter omnia ac res supscriptas Morte praefati

Mariti sui derelicta cum omni eorundem Iure Dominio proprietate competentiaq et prorogativa quavis omnibus et singulis eorundem Vtilitatibus et Vsufructibus tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice Vtifruetur, ad extrema duntaxat Vitæ suæ tempora Post mortem Vero et de hac luce decessum p[rae]fatæ N[obi]lis Consortis. Extunc p[rae]dicta bona et res generaliter omnes Inscriptioni praesenti subiectæ morte p[rae]dicti Nobilis Mariti sui derelictæ ad Successores prominati Mariti sui sine quovis impedimento et contradictione Successorum p[rae]dictæ Conthis suæ totaliter et plenarie devolventur Similiter quoq si prius prominatam N[obi]lem Mariannam Lubienieckæ Consortem suam Legitimam quam ipsum N[obi]lem Alexandrum Popiel Maritum suum mori contigerit, extunc idem N[obi]lis Maritus bona suprascripta generaliter omnia morte p[rae]dictæ Conthis suæ derelicta cum omni eorundem Iure Dominio proprietate competentiaq et prorogativa quavis omnibusq et singulis eorundem Vtilitatibus et Vsufructibus tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitæ suæ tempora Vtifruetur Post mortem Vero eiusdem Mariti sui extunc bona supscripta generaliter omnia morte eiusdem Conthis suæ derelicta ad Successores N[omin]atæ Conthis suæ sine quovis impedimento et contradictione Successorum Mariti sui totaliter et plenarie devolvi debebunt et tenebuntur. Ita suis praesentibus personalibus

sonalibus recognitionibus ad promissa omnia mediantibus.

Popiel Przedrzymirskiego quietat. 63

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premislien. Nobilis Alexander Popiel Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castren. Capitaneali Premislien. Jurisdictioni quoad Actum modernum attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Alexander Joannem Przedrzymirski et ips. Successores de Summa Centum florenorum polon. per eundem sibi recognita modo obligatorio super Subdito Laborioso Iacko Botylo in Sortibus Villae Wyczno in Palatinatu Russiae Terra Vero praesenti Premislien. residente Coram Actis Castren. Zydaczovien. sive aliis quibusuis authenticis Regni inscripto et ad soluendum assecuratione necnon de eadem ipsa Inscriptione obligatoria super Summam praefatam sese extendente omnibus in eiusdem Inscriptionis obligatoriae Conditionibus, et contentis ob sufficientem et plenariam sibi recognitae Summae praefatae persolutionem quietat emittit dimittit liberumq et absolutum pronunciat Inscri